



**I**ohannes ille iuuenis adhuc ordinem beatæ Ma-  
 riæ semper uirginis in monte Carmeli ingressus  
 est. Ibi dum alij otio essent dediti, ipse literis sacris  
 & prophanis diligenter incubuit, atq; multis præ-  
 ceptoribus usus in doctissimū uirum euasit. factus  
 est enim Theologus, philosophus, & insignis (ut  
 ea tempora ferebant) poeta. In concionando quo-  
 que mira eloquentia fuit præditus. Prima tamen li-  
 terarū fundamenta apud Petrithomam ordinis ge-  
 neralem uirum sanctum & doctum Auinione didi-  
 cerat, atq; eius uiri uirtutes imbiberat. scripsit is me-  
 tro & prosa præclara quædam uolumina, utpote  
 Historiarum Chronica, & librum de tribus Regi-

bus aut Magis. Alium de Antichristo, & contra Iudæos, cum multis alijs, qui-  
 bus suum nomen magna laude ad posteritatem transmisit. Vixit Anno 1375.  
 Trit. in script. Eccles.